verſalitatem, à mortalitate ad immortalitatem, ab inconſtantia ad Conſtantiam
immò ad ipſam æternitatem deduxiſti? Deduxiſti omnino. Nonne omnia, quæ diſcere
vellem, me docuiſti? Docuiſti omnino. Pro his in me tam copioſè ac largiter col-
latis beneficiis, dignas referre gratias haud valeo: dum omnem, quod ſemel feſ-
ſum, facultatem meam ſuperant. Gratias tamen pro tenuitate meâ ago
ipſeq; et promitto: nullum pectus hoc oblivionem Tui nominis, Tuiq; favoris
turum eſſe. DEUS verò Ter Optimus, Terq; Maximus, bonorum omnium lar-
mus remunerator pro indefeſſo Tuo ſtudio, proq; induſtria Tuâ mirandâ co-
ſtem ſuavitatem, pro arduo labore dulciſſimam quietem, pro quavis triſ-
æternam Tibi Tuiſq; largiatur lætitiam! Concedat Tibi porrò Clementiſſi-
DEUS vires: ut graviſſimo Tuo æquè ac moleſtiſſimo officio hilariter fungi-
ſis. Vale, quod unum ſupereſt, Præcellentiſſime Dne Rector, pugilicè, va-
tauricè, vale baſilicè, et cuncta feliciter age! Et Te, ſtudioſa ju-
venum corona, oratione meâ quàm optimè valere jubeo. Valete Commili-
tones omnes, imprimis verò vos, qui verâ et ſincerâ amicitiâ mihi fuiſtis
addicti, Valete. Vivite ſemper felices, et me abſentem quoq; amore ve-
amplecti pergite. Quid porrò dicam? Repetam meum, quod tenus hac ſ-
tis dixi, idq; dicam omnibus, Vale. Vale itaq; Patria chariſſima, dulciſ-
Valete Præceptores Doctiſſimi, Fideliſſimi, perpetuâ memoriâ digniſſimi
Valete Commilitones ſuaviſſimi; Valete primi, valete medii, valete imi.
Vale Auditorium Deo, Muſis et Gratiis dudum conſecratum Templum
Vale Cathedra, ex quâ multa utilia audivi! Valete ſubſellia, quæ int-
diſcentes occupavi! Valete ad unum omnes, quotquot præſentes video
cum Docentes, tum Diſcentes Valete!

Dixi.

CHRISTOPH. PEIPERUS,
Gorl. Lus.